



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi Societatis Iesv

Cepari, Virgilio

Antverpiæ, 1630

Testimonia Moderatoris & Magistri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

Obedientia & diligentia in studendo. Virginis, genium suum defraudarat. Sic dicto audiens, sic studijs erat addictus, ut vix aut à Superiore aut à Magistro fuerit vel leniter inflectendus, nedum reprehendendus; quæ omnia iuratus affirmat Superior eius

Testimonia Moderato- ris & Magistri. P. Petrus Emmericus. Amplius verò, is quo Magistro utebatur, magnas addit ingenij eius ac docilitatis laudes, sed multò maximas morum, Christianarumque virtutum. Habebat, inquit ille, innocentiam puritatemque tam singularem, ut ne nomen quidem nosset eorum vitiorum, ad quæ proclivis ferri hæc ætas solet; nec secus ac pestem, amicitias eorum, qui licentiores erant, abhorrebat, ne qua mentem labecula contaminaret: scholisque egressus, in studia statim se abdebat. Nusquam atque in templo frequentior, nec usquam quàm in foro rarior. Ex quo cultum religionemque in Virginem sanctissimam didicerat, ex eo quoque à Virgine videbatur inuicem in curam patrociniumque susceptus. Cùm primùm versus Latinos pangere cœpisset, permissus, inquit, à me est, pro libitu argumentum sibi sumere, & ille de IESU nomine poëma facere instituit; quo tantam affectuum teneritatem expressit, ut haud obscurum indicium fecerit, aliquando in IESU Societate se futurum. Archipresbyter Diesthemiensis cùm semel accurate interio-

Multus in templo, nullus in foro.

Quod primum ab eo carmè compositum.

Archipresbyteri de Ioanne testimonium.